Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift

coram eo et angelis eius. Sunt quippe angeli. huius mutui amo
ris conscii. et fideles paranymphi. discurrunt medii inter
sponsum et sponsam. hinc anime uota deo offerentes. illinc de
superis dona magnifica reportantes. His omnibus deo adiuuan
te in electis suis consummatis et perfectis. fit uespe et mane.
dies tercius. Per mane cognitio dei. per uesperam cognitio sui ac
cipitur. Seipsum enim homo qualis sit cognoscere potest. et ex
surget cognitione. ad ueram conditoris cognitionem pertinge
re. et in hoc uespe et mane tercia dies erit. quia ad sancte trini
tatis cognitionem quantum fas est mortalibus admittitur. fit quoque
tercia dies. quando et in uerbis. et in operibus siue cogitationi
bus suis. ita se metiri et custodire nouit. ut ad noxia et
inutilia queque nolit redire. Ad hec spectat lectio. in qua
PETRUS hortatur dicens. Humiliamini sub potenti manu
dei. ut uos exaltet in tempore uisitationis. Humiliari primum
debet homo per satisfactionem. que fieri non potest. nisi per ueram
cordis humilitatem. et qui sic humiliatur in exterioribus. exalta
tur procul dubio in tempore uisitationis interius. Que enim
maior exaltatio esse poterit. quam ut homo cinis et pul
uis de interiori dulcedine aliquid gustare mereatur. Unde
et merito oramus. ut ille qui protector est in se sperantium.
multiplicet super nos misericordiam suam. Uere enim est misericordia eius.
quando homo peccata deserere. et ad dominum conuerti potest.
multiplex uero misericordia eius est. quando idem peccator ad
interiorem illam gratiam que inedicibilis est admittitur. Qui et
rector et dux noster esse debet. rector in exterioribus.
dux in interioribus. ut sic transeamus per bona temporalia.
ut non amittamus eterna. Temporalia bona per que tran
sire optamus. non aurum. non argentum. non lapides
preciosi sunt. aut ali-quid rerum uisibilium. sed tempo